

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 18tum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

43
29
michi cuncta, sine te vana mihi videntur uni-
versa, sine te reputo amissa omnia. verbo sine
te non libet ultra vivere; quid enim mihi est
in caelo, et à te quid volui Super Terram?
Deus cordis mei, et pars mea Deus in
eternum

Caput 18^{um}

Aspirationes ad Deum obsequio
suavitatem

1. O Deus meus! o summum et omne bo-
num meum! quam bonus es anima quærenti
te! quantum illa ex te celestem haurit conso-
lationem. O dulcedinem ineffabilem, qua mens
ad interiora rapitur, et omnium rerum externa-
rum oblita feliciter conquiescit in Domino.
O suavitatem desiderabilem, per quam, et
in qua Spiritus seipsum supergressus, in Deum
totus absorbetur. O felix illa anima,
qua tota amore tuo succensa in sinu tuo
confoueri, et inter amplexus tuos frequen-
ter obdormire meretur! O dulces, o sua-
ves, o ineffabiles amplexus, quos requiro,
quos desidero, quos suspiro! Quis dabit mi-
hi, ut deosuler te sponse anima mea
suavissime? O ut in pace in idipsum sum-

num, infinitum, ac immensum bonum dormia, et
requiescam. Quamvis alii, quodcumq; libuerit
mihi aliud interim non placet, nec placebit nisi
In deus meus, consolatio mea, dulcedo mea,
quies mea, salus mea.

2. Diligentis itaq; Dominum beata est anima
ejus; nam abundantia deliciarum spiritualium
tota repletur, repleta inebriatur inebriata in
sanctam securitatem adducitur; qui enim diligit
Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit.
Charitas enim foras mittit timorem. Et si totus
illabatur orbis, impavidum ferient ruina. O
felix securitas! o secura felicitas! O anima
mea siue timeas mala, siue speres bona, ama
Deum; amando enim affluet deliciis, et impertur-
bata, tranquilla, ac secura permanebis. Et qua-
quam omnia tua fors perdidideris, nihil tamen
amiseris, si cum in quo sunt omnia bona, a
de non dimiseris. O Deus Deus meus! bonum
mihi te diligere, nec quidquam ultra te quere-
re, mihi profus deficere, ut tibi possim vi-
vere.

3. Vides in super. o dulcissime Deus, quod anima
qua deus diligit despiciat universa, et dum dat
omnia pro omnibus, habet omnia in omnibus;
quia in deo summo bono super omnia requi-
escit, et quo magis in deo inardescit, tanto ma-
gis in se deficit et languet, identidemq; in clamat:

fulcite me floribus, stipate me malis quia
 amore languo. Tunc amplexus et oscula, quae
 viscunt mellis pocula. O beatum incendium,
 o ardens desiderium, amare unicum, verum, et
 summum bonum. O Deus meus amor meus di-
 cata me in amore, ut discam interioris degus-
 tare, quam bonum, quam suave, quam dulce sit
 amare te o summum bonum meum. O mi dul-
 cissime Deus spes suspirantis anima te mea
 quarunt lacryma, apud te est os meum sine voce,
 te solum desidero, te solum quaero, quam felix,
 cum te inuenero.

o languor è amor o an-
 Cap. 2. 30
 O dulcissime, Deus qui
 felix lan-
 quor è amor
 mentu qui ineffi-
 bile desiderium tu-
 amoris delecta-
 mentu

Caput 19^o
 Aspiraciones ad Deum ob eius
 misericordiam

1. Quid cause est o dulcissime Deus, quod
 multis cordibus tam suis amabilis? cur anima
 electorum quorum
 tantopere in te exultant? nunquid
 hoc ipsorum innocentia tribuendum est? mini-
 me, sed soli tua concedendum est misericor-
 dia. dum enim sua attendunt delicta,
 quibus pietate tua indignos, tu vero, o amant-
 issime Deus eos ad te revertentes tam pater-
 ne complectaris, teq; adeo benignum, exhibeas,
 veluti si te nunquam offenderent; hoc est,
 Domine Deus, quod te in cordibus eorum.

Henric. Suso
 apud Blif. in
 consol. pupil.
 ex una parte
 q se reddiderunt.
 q se conside-
 rant quod
 animo obvol-
 vunt dumq;
 considerant.
 ex altera v. idf.